communione illa subscriptione
firmaret extorqueri non po-
tuit. Postero vero die se inde pro-
ripiens cum revertens in via
mestus ingemisceret se vel
ad horam noxie communioni
fuisse permixtum haut longe
a vico cui nomen est Andetha-
nna qua sita vasta solitudine
silvarum secreta patentur pro-
gressis paululum comitibus
ille subsedit causam doloris
et facti accusante ac defen-
dente invicem cogitatione
pervolvens. Astitit ei repen-
te angelus. Merito inquit angelus
Martine compungeris sed
aliter exire nequisti. Repa-
ra virtutem resume constan-
tiam ne iam non periculum glo-
rie sed salutis incurreris.
Itaque ab illo tempore satis
cavit cum illa Ithaciane par-
tis communione misceri. Ce-
terum cum quosdam ex energu-
minis tardius quam solebat
et gratia minore curaret
subinde nobis cum lacrimis
fatebatur se propter commu-
nionis illius malum cui se
vel puncto temporis ne-
cessitate non spiritu miscuisset
detrimentum sentire virtutis.
Sedecim postea vixit annos
nullam synodum adiit ab omnibus
episcoporum conventibus se remo-
vit.

xvi

Sed plane ut experti
sumus imminutam ad tempus
gratiam multiplici mercede
reparavit. Vidi postea ad-
ppendo forum monasterii ipsius
adductum energuminum et prius
quam limen attingeret fuisse
curatum.

xvii

Extantem quendam nuper
audivi cum in Tyrreno ma-
ri cursu illo quo Romam ten-
ditur navigaret subito turbinibus
exortis extremum vite omnium
fuisse discrimine in quo cum
quidam Egyptius negotiator
nec dum christianus voce magna
clamaverit Deus Martini eripe
nos mox tempestatem fuisse
sedatam sedque optatum cursum
cum summa placidi equoris quiete
tenuisse.

xviii

l Lycontius ex vicariis vir
fidelis cum familiam illius
lues extrema vexaret et
inaudite calamitatis exem-
plo per totam domum corpora
egra procumberet Martini
per literas imploravit auxi-
lium. Cum tunc tempore vir beatus
rem esse remisit difficilem
impetrari. Scilicet spiritu sentiebat